Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

lium eius non defluet / et omnia quę cumq;
faciet prosperabuntur. Non sic impii non sic /
sed tamquam pulvis. quem proicit uentus a facie
terrę. Ideo non resurgunt impii in iudicio /
neq; peccatores in consilio ... iustorum.
Quoniam nouit dns uiam iustorum / et iter impiorum
peribit. PSALMUS DAVID
QUARE fremuerunt gentes /
et ppli meditati sunt inania /
Astiterunt reges terrę. et principes conuenerunt in unum / aduersus dnm. et
aduersus xpm eius. Disrumpamus uincula
eorum / et proiciamus a nobis iugum ipsorum.
Qui habitat in cęlis irridebit eos / & dns subsan
nabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua /
et in furore suo conturbabit eos. Ego autem
constitutus sum rex ab eo super syon montem sanctum
eius / prędicans preceptum eius. Dns dixit ad
me / filius meus es tu. ego hodie genui te. Postula
a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam / & possessionem tuam terminos terrę. Reges eos in uirga